

habere duos intellectus. Primus fuit Ioannis Orosij ubi supra, intelligentis eam respectu tantum collectarum & contributionum, non vero respectu aliorum, ne oblit veræ & approbatæ sententiæ supradictæ. Secundus intellectus est, ut Regia illa dispositio loquatur & procedat in filiis, spuris, & sic natis ex damnato & punibili coitu postea legitimatis: ut tenent Doctores supra citati.

Vnum tamen remanet sub dubio, quod secundum intellectum Orosij legitimatus etiã natus ex non damnato coitu, non erit nobilis quoad has contributiones, ex supradicta petitione 9. Nam Menessius ubi supra eam intelligit in legitimo nato ex dãnato & punibili coitu, & generaliter respectu omnium inquit huc esse ignobilem, quod quidem verissimum est, tam ad dictam Regiam 9. respõsionem, quæ loquitur tantum in natis ex damnato coitu, quam ad legem fori 3. allegatam, & opinionem Cifaent, & Orosi. ubi supra idem tenentium, & sic constat opinionem Orosi. non esse veram, dum existimat, legitimatum naturalem non esse nobilem respectu contributionum ex d. petitione & respõs. 9. Nam illa in huiusmodi legitimo non loquitur, sed in legitimo nato ex dãnato coitu, ut iam dictum est, & sic melius & verius est; tenere indistincte cum comuni & recepta sententiã, scilicet, quod generaliter & indistincte respectu omnium, etiã contributionum, legitimatus gaudeat nobilitate & honoribus patris, & tenet in terminis Monterroso in sua practica in 7. tractat. fol. 211. col. 1. in fi. & hoc procedebat bene antequã concederetur Noua Recopilatio legum huius Regni, hodie vero ea condita, contrariũ est dicendũ, imo quod legitimatus licet non sit natus ex dãnato coitu, non sit immunis ab his contributionibus, imo in eis teneatur contribuere, ad quas alias citra legitimacionem tenebatur per l. 12. tit. 2. li. 6. Noua Recopil. & in l. 20. tit. 11. lib. 2. eiusdem Recopil. ubi simpliciter & generaliter in omnibus legitimatis hoc statuitur. * Ut nobilitate patris non gaudeat, nec exemptione tributorum, quibus ante legitimaciones, eas non habendo, non poterant nec debebant gaudere.

190 Illud tamen & ultimo in proposito addit Menessius ubi supra, n. 13. esse qui existimant, filios illustrium perionarum, Ducum, Comitum & Marchionum spurios, liberos esse à contributione tributorum, atque paternã nobilitate persequi: quod si verum esset, optima sublimitatio daretur ad exceptionem supra positã, & ad d. l. fori & ad petitionem 9. iam sæpius dictã. Sed inquit Menessius ubi supra, quod neque iure probari scit, neque verum esse arbitrat. Idem ego cum eo sentio.

191 Tertio & ultimo, supradicta quarta ampliatio ad nostrum rex. in legitimatis probatur in cap. tanta est vis matrimonij, extra, qui filij sint leg. qui text. famosus & capitalis est, ubi probatur, quod si quis habuerit liberos naturales, & postea duxerit in uxorem eorum matrem, filij prædicti legitimantur & legitimi habentur. Ergo filij legitimati sunt sui & legitimi, idem probãt plura alia iura congesta per gl. ibi, & in l. 1. in fine, tit. 13. part. 4. Et circa materiã illorum iurium de legitimacione per subsequens matrimonium est videndus latissime Antonius Gomez in leg. 9. sequentibus Taur. n. 55 & pluribus sequentibus, ubi late declarat: limitat singulariter cum communi plures referens & late probãt D. Burg de Paz conf. 6. n. 21. in matrimonio contracto inter virum illustrem, vel nobilem, & femina ignobilem, quia tunc respectu successione bonorum filij naturales antea nati, non legitimantur per subsequens matrimonium, * & Petrus Duennas in reg. 350. limitatio 8. & Ioann. Pichar. 2. tom. communium opinionum, libr. 10. versicul. legitimatio per subsequens matrimo-

nium. Sed non est vera hæc limitatio, attento iure Canonico, cui est standum in materiã matrimoniali, ut bene probant & tenent cum aliis Petrus Duennas ampliat. 18. & d. l. limitat. 8. & Pichar. ubi 5. Est quoque hæc verissima parte contra communem priorem, l. 1. tit. 3. part. versicul. Otro si son legitimos & ibi expresse Gregorius Lopez in gl. Se casa con ella, in princip. & in versicul. quarto limitat. & l. 7. tit. 2. part. 4. * Solum hic circa materiã illorum iurium duo examinabo, quæ sicut sũt pulcherrima in casus fisione, ita in eius decisione sũt vtilia & quotidiana, & non minus difficilia. Primo enim fingamus; Habui filium naturalem ex concubina, & postea habui filium legitimum & naturalem ex legitima vxore, qua mortua, duxi concubinam in uxorem legitimam, ex qua habueram priore filium naturalem, qui per hoc matrimonium subsequens legitimus efficitur: quæritur quis in maioratu meo præferatur, qui quidem maioratus habet conditionem expressam vel subintellectam à iure, ut primo natus ex legitimo matrimonio præferatur; An filius naturalis, & per subsequens matrimonium legitimatus, tanquam natu maior? An vero secundo loco natus, sed primo ex legitimo matrimonio? Et primo quidem in hac elegantia quæstione videtur, naturalem legitimatum præferendum ex dict. c. tanta, & ex omnibus supradictis, dum probant legitimatum esse vere legitimum, iuncta regula eorundem iurium, & ibi notant communiter Doctores in dict. c. tanta, quod matrimonium factum cum concubina, retrahitur ad tempus, quo quis habuerit cum ea accessum: sed illo tempore prædict. filius naturalis natus ex ea erat prior; Ergo præferatur: & ex hoc fundamento hanc opinionem tenent plures Dd. relati per infra allegandos in contraria opinione.

Sed contraria opinio, & verior & communior est, imo quod natus ex legitimo matrimonio præferatur, quia reuera ille est primo natus ex legitimo matrimonio, licet legitimatus sit etiam vere legitimus: tamen in quæstione proposita post natiuitatem legitimi fuit effectus legitimus primo natus, ac per consequens ei debet præferri primo legitimus. Neque jobstat, quod legitimatio retrahitur, & c. quia id procedit aliis filiis legitimis nõ exstantibus: Iphis enim exstantibus, in eorum præiudicium legitimatio non retrahitur, utpote cum ipsis sit iam ius quæsitum: ita probat text. in auct. quibus modis natur. efficitur, l. in §. liceat igitur, ubi: Et suos de cetero, & sub potestate habere, col. 6. & in §. sit igitur licentia eiusdem auct. ubi: Et hoc facto exinde frui, ali solatio. Per quæ iura ita tenet Bart. in l. 2. in princ. n. 10. ff. de vulgar. & pupill. & idem Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 1. ff. de l. & posthum. & est communis resolutio secundum Fortunium Garfiam in dict. §. & quid si tantum, n. 25. ubi per hoc concordat opinionem contrarias Doctorum, dicit etiam communem ibi Galliaul. n. 81. & sequitur ibi alios allegans Iason in 1. de lura, n. 89. & 90. & Antonius Gomez, dict. l. 9. Taur. n. 64. & dicit communem Alciat. lib. 3. paradox. c. 12. & faciat l. 4. tit. 15. part. 4. ubi: Son dende en adelante legitimos, in quo verbo Gregorius Lopez ibi notat, & hanc opinionem communem gl. sequitur & Duennas in dict. reg. 350. limitation. finali, qua est l. fol. 145. & hanc nouissime restatur probabiliorem, veriore & communiorem plures allegans Ioan. de Rojas in d. sua epitom. success. c. 11. & n. 5. & 16. ubi in nu. 17. inquit, quod in aliis successioneibus ex testamento, seu ab intestato, nulla est differentia: hanc restatur etiam communem plures allegans Mench. libr. 3. controuers. vsu freq. cap. 4. 2. numer. 1. licet ipse contrarium teneat priorem dicit communem plures referens D. Burg. de Paz confil. 6. num. 13.

Ex quo

194 Ex quo potest inferri ad elegantem illam & summe difficultem quæstionem Bart. in d. §. & quid si tantum, n. 14. An filij legitimati post mortem patris auferant hereditatem venientibus ab intestato, quibus est iam ius quæsitum in ea. Et per prædicta determinat ibi Bart. quod non, quia legitimatio licet retrahatur, nõ tamen id habet locum in præiudicium, eorum, quibus est iam ius quæsitum. Sed in hac quæstione Bart. breuiter communis opinio & resolutio est, quod si legitimi non adierant hereditatem, quando legitimatio facta fuit, talis legitimatus bene aufert ab eis præd. hereditatem. Si vero iam erat adita hereditas, & sic ius quæsitum irrevocabiliter, non aufert: hæc est communis resolutio secundum Menessium in l. 2. nu. 14. C. de iur. & fact. ignor. Est etiam communis, ut plures allegans restatur Cou. in 4. de sponsalio. 2. parte, cap. 8. §. 9. nu. 9. * Diximus supra, in repetit. legis nemo potest, numer. 76. ff. de legat. 1.

195 Cui & addendum est, quod ex mente Doctorum, quos ipse allegat, & communis opinio est, ut hæc distinctio sit adita hereditat. neque intelligatur, quando in legitimacione fuit facta metio de iure illorum, ad quos pertinet hereditas; alias. n. si simplex legitimatio in hoc fuit. sine a d. erim, sine non, non potest legitimatus auferre ab eis præd. hereditatem; Cum legitimatio facta fuerit subreptitè, nõ facta mentione eorum, & sic suppressa veritate, & in expresse ita tenet Paul. de Cast. in d. §. & quid si tantum, n. 19. quæ pro comuni allegat Iason ibi nu. 11. & 12. vnde credendum est communem ita sensisse, & ita tenet Bart. & Dd. omnes, excepto Fortunio in d. §. & quid si tantum, ut ibi restatur Costa. par. nu. 177. ut refert nouissime Marienc. in l. 10. gl. 1. nu. 21. tit. 8. lib. 5. Noua Recopil. Regia. Adde etiam, quod si de voluntate patris quoquo modo constare possit, poterit Princeps mortuo patre legitimare spurium, post aditam per agnatum hereditatem, eamque ei auferre & spurio concedere ut cum Socin. & alijs tenet Marienc. in l. 6. gl. 1. nu. 12. tit. 10. lib. 5. nou. collect. Reg. & dicta in hac quæstione Bar. intelligo ipse in legitimo per rescriptum Principis, vel per oblationem curiã, nam de successione filij legitimati per subsequens matrimonium, iam supra dictum est. Sic igitur in proposito dicendum est, quod cum hic legitimus & naturalis habeat iam ius quæsitum ad maioratum, legitimatus postea per subsequens matrimonium, non auferat ab eo huiusmodi ius.

Secundo pro hac opinione induco text. in c. si pro te, de rescrip. in 6. ubi probatur, quod si alicui provideatur sub conditione præbenda aliqua primo vacatura, & postea alicui provideatur pure, si iste secundus impetrans, priusquam veniat conditio primi, à Papa, vel ab exsecutore Canonici obtineat, præferatur primo, licet postea veniat conditio. Ergo ita & eodem modo in proposita quæstione, filius naturalis est sub conditione adepturus maioratum si legitimetur, attamen, pendente ista conditione, fuit natus alius secundo loco, procreatus ex legitimo matrimonio, habens ius in maioratu purũ. Ergo præferri debet d. primo nato, qui habebat ius sub conditione, licet postea existat conditio legitimacionis, scilicet per subsequens matrimonium argumento d. c. si pro te, quod profecto vrgens & concludens argumentum præstat in proposito.

Cuius text. & argumento in d. c. si pro te, infero elegantèr ad intellectum text. in l. quoties, cum similib. C. de rei vendic. (quod & in fauorem nostræ opin. facit) scilicet, quod licet verũ sit, ut text. ille, dum probat in re dicitur primo emtori sit tradita, secundum Bernardum Diaz plures allegantem in reg. 229. & Anton. Gom. in

l. 45. Taur. n. 92. & eundem in 2. tom. cap. 2. num. 20. tamẽ id procedit, præterquã si prima venditio & constitutum fiat sub conditione, & interim ea pendente fiat secunda venditio, sequuta traditione ex ea, & postea adimpleatur conditio primæ venditionis, quia tunc præferatur secundus emtor, cui est iam quæsitum ius, neque prima venditio debuit retrahi in præiudicium secundi emtoris, cui erat ius quæsitum: ita tenet idem Anton. Gom. in d. l. 45. Taur. n. 93. Ergo ita in proposito dicendum est.

Tertio, pro hac parte facit, nam voluntas testatoris ea fuit, ut primo natus ex legitimo matrimonio præferatur: negari non potest, quod licet legitimatus sit vere legitimus in omnib. tamen ipse, qui primo legitimus est, prius & verius dicitur legitimus, ut per facti euidentiam apparet: Ergo plenius exhibetur & adimpletur voluntas defuncti, si hic legitimus & naturalis à principio consequatur maioratum, & præferatur legitimo, & hæc est viua ratio. Nam licet legitimatus huiusmodi sit legitimus, nihil interest, quia primus legitimus debet consequi maioratum, sicut consequeretur, si omnes filij nati post eum essent à principio legitimi & naturales.

Et in expresse hanc secundam partem & opinionem late agens ad partes [quia plura argumeta sunt pro & contra quæ referre non curo, quia congesta sunt, & quia potius esset laboriosum, quam ex me aliquid addere, superiora enim tantum posui & retuli, ut lector presentis articuli, non careat pro nunc fundamentis huius veritatis] tenet Ioan. Andreas in reg. sine culpa in mercerialib. colu. 10. vers. ad solutionem. fol. 222. colu. illius folij, de regul. iur. in 6. vbi dicit, Et hanc partem teneo, sed tremulus, propter illorum auctoritatem, qui tenuerunt contrariam: tamen hanc partem eligo deliberato consilio & responso trium Doctorum legum sollemnissimorum huius studij, quos in disputatione nominavi. Doctor etiam meus in Theologia hanc partem deliberatus prælegit à me consultus. Hactenus ille, quam opinionem dicunt communem Alexan. nu. 25. f. 91. in d. §. & quid si tantum, item Paul. m. 4. Salyc. 6. f. 40. in l. quoties, C. de rei. vend. & plures referens restatur communem Cou. in 4. in 2. part. c. 8. §. 2. nu. 28. & latissime & elegantèr Ant. Gom. in l. 9. Taur. nu. 63. & 64. dicit communem eximius Doctor. Petrus Peralta in rubric. ff. de hered. instit. nu. 122. in vers. Secunda est, ubi ampliat, ut iste secundus præferatur nepoti nato ex primo illo filio naturali maiore, etiam stante l. 40. Taur. quod clarum est, & opinio supra dicta comunis procedit, siue legitimatus sit per rescriptũ, siue per subsequens matrimonium, licet in hoc ultimo quidam contradicant, tamen communis est opinio contra eos ut constat ex omnib. supradictis, & in specie ex Cou. ubi supra, tamen in legitimo per rescriptum Principis minus dubium est, cum Princeps non possit per illam legitimacionem priuare sine causa iure quæsitum secundo natum ex legitimo matrimonio, iuxta gl. communiter ubiq; approbatam in l. fin. C. si contrarius vel util. pub. vbi Doctores communiter, & in l. 1. ff. de consuet. prin. & in alijs mille locis. Hæc sufficienter in hoc articulo lectori, ut intelligat hanc sententiam amplectendam esse, quia licet difficultas eius altiorẽ indaginem & examen requirat, tamen quia nõtũm est hanc esse magis communem opin. & secundum eam, esse iudicandum, & quia Dd. ubi supra, latissime in eodem articulo agunt, & ne diuerti videamur, nam amplius dicam, & communem opin. supra sequitur, & dicit communem plures auctores referens Petr. Duennas in d. l. limitat. si regul. 350.

Secunda principalis quæstio est in materiã d. c. tan. 198. 1a. Habeo filium naturalem, & ex eo nepotem legitimus

& naturalem, qui nepos quoad me non habet iura legitime l. ad si. C. de natural. liber. Mortuo filio meo naturali, contraxi matrimonium cum concubina, ex qua habueram filium naturalem, qui decessit, quaeritur, An per huiusmodi subsequens matrimonium nepos ex filio meo fiat mihi suus & legitimus, sicut efficeretur pater eius si viveret, & per consequens ipse nepos quoad me efficeretur legitimus; Pulchra certe & difficilis quaestio est, in qua si calumum protenderem, non ita facile me ab ea expedirem. Tamen, quia Doctores tractantes articulum hunc late disputant, ipse tantum resolvam, quae nam sit communis opinio, & quae tenenda. Et primo ex dicto capitulo tanta, inferitur, quod praedictus nepos non efficiatur mihi legitimus, quia in illo textu de persona filij & eius legitimatione tractatur, unde in eius persona debet incipere fundamentum, sicut fundus & quodlibet aliud aedificium sustinetur fundamento, quod intus terram jacitur, & eo destructo & non existente, destruitur domus; sic ergo non existente filio meo, filius eius non legitimitur nec sustinetur legitimitas, cum non habeat subiectum fundamenti ex persona patris.

Secundo pro hac opinione facit text. in leg. qui libertus, §. Positum, ff. de operis libertorum, ubi probatur, quod licet libertus a promissione operarum facta patrono, liberetur per natiuitatem filiorum, ut in principio illius legis, tamen si libertus decessit relicto posthumo in ventre uxoris, qui postea natus est post mortem liberti patris eius, non liberantur heredes ab illa obligatione operarum, quia liberatio, quae solo coingere natiuitate liberorum, debet incipere & fundari in persona ipsius liberti, qui cum non existeret tempore natiuitatis filij sui, non potuit radicari neque vires fumere liberatio: sic igitur in proposito legitimitas non tenet in nepote, quia non est unde proficiatur deficiente patre, & sic text. ille maxime vrget in proposito.

Tertio facit vulgare fundamentum. Nam inhabilitas medij, per quod fit transitus de vna persona ad aliam, impedit iuris effectum & acquisitionem, l. 1. §. ceterum, ff. de acqu. poss. ubi praesupposito, quod dicit text. in §. item acqu. eiusd. l. scilicet, quod per seruum potest nobis acquiri possessio, inquit text. in dict. §. ceterum, quod iste seruus debet habere possidenti intellectum alias si sit furiosus & inhabilis, non adipiscitur possessionem per eum, & sic inhabilitas medij, & cetera. Ergo ita & eodem modo impedit legitimationem.

Item, quia medium + inhabile impedit extrema coniungit, l. qui sella, §. fin. cum similib. de seruis, rursus praedictor, cuius verba sunt haec: In rursus autem praedictis impedit seruitutem medium praedictum, quod non seruit, & in expresso hac opinionem ante omnes tenuit Guiliel. de Cugn in l. benignus, ff. de legibus, cuius opinionem sequuntur ibi Paul. n. 6. & Ioan. Orosc. n. 4. qui pluribus relatis testatur hanc esse magis comunem opinionem, & sequuntur plures relati per Ant. Gom. in l. 9. Taur. n. 61. & per Couar. in 42. p. c. 8. §. 2. n. 19. hac etiam opinionem tenet plures alios allegans Petr. Daen. ubi supra, d. reg. 350. limit. 1. Sed sunt alij auctores non minores auctoritate, qui contrarias partes tuentur, scilicet, quod non obstante defectu & morte patris, nepos efficiatur mihi auo legitimus, quam opinionem tenent Bal. Soc. Guiliel. Bened. Alciar. & hos referens Cou. & Anto. Gom. ubi supra, n. 62. qui Praepositum addit.

Pro qua sententia illud magis vrget, nam valet argumentum de adoptione ad legitimationem, ut de hoc est gloss. singular. in l. 1. §. fin. gloss. fin. in princip. ff. ad municip. ubi dicit gl. illa, quod sicut filius legitimus sequitur patrem, ut dictum est, ita legitimatus sicut adoptiuus; Ergo aequiparat gl. illa legitimam & adopti-

um, in qua equiparatione gl. illam sequuntur plures relati per Ant. Gom. ubi supra, n. 62. qui aliam gl. consimilem allegat, sed adoptare bene potest quis aliquem in nepotem, etiam mortuo filio, & sic hoc modo legitimitate, ut in l. adoptare, ff. de adopt. §. licet, Instit. eod. Ergo ita & in legitimatione per subsequens matrimonium dicendum est, quia aequiparatorum, & cetera.

Secundo bene etiam vrget pro hac opinione text. in d. c. tanta, ubi indistincte & generaliter dicitur, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonij legitimi habeantur; sed nepotes etiam dicuntur geniti, & liberi ipsius aui, ut est vulgatum; Ergo, & cetera. praecipue, cum fauor hic legitimationis tantum ex matrimonio procedat, ut probat text. ille, dum dicit: tanta est vis matrimonij, & cetera. Ergo subsistente matrimonio, licet filius deficiat, nepos efficiatur legitimus.

Quarto, pro hac opinione facit text. in l. si Titium, ff. de gradi. ubi dicit text. in vers. si filio meo, mortuo, Titium adoptaero, videri eum defuncti fratrem esse, Arrianus ait, Ergo ecce, quando in legitimatione & agnatione habetur ratio filij mortui, tamen si deficiat.

Quinto & ultimo, ultra omnes in proposito ego

stringo quoddam fundamentum. Nam videmus, quod in materia successione, cuius est immediata causa, & necessaria consequentia, legitimitas, ut probat text. in l. fin. verb. fin. C. de natural. lib. ubi nepos naturalis, quia non est legitimus, non succedit auo; Ergo ubi non est legitimitas, non est successio regulariter. Idque probat alia iura vulgaria, & tamen videmus, quod in praedicta successione patrem mortuorum filius representat, ut a quo succedat, text. in §. cum autem filius, infra de hered. qua ab intest. de ser. cum similib. Ergo ita & eodem modo, in legitimatione hac per subsequens matrimonium filius, hoc est, nepos ad hoc beneficium consequendum representet personam patris, ad hoc, ut ipsius nomine, & nomine proprio efficiatur legitimus, & sic succedat auo, quia qui vult consequens, necessario vult & comprehendit antecedens, ut in l. quamvis, C. de fideic. & in l. illud, ff. de acqu. hered. & vtroque, Dd. & alibi sapienter; Ergo cum in successione, quae est consequens, vel etiam antecedens legitimationis, admittatur haec representatio, & in ipsa quoque legitimatione admittenda erit, si regulas iuris seruare debemus, & ita haec opinio mihi magis placet, & forsitan tenenda in practica, quia ea tenent plures, & est magis fauorabilis filijs, & matrimonio; Ergo tenenda, ut in c. de re iudic. cum similib. Neque obstant fundamenta contrariae partis, quia eis satisfaciunt Ant. Gom. & Couar. ubi supra. Sed durum esset discedere in praxi a communi & recepta sententia.

¶ Et ea + retenta est notandum, quod praedictus nepos poterit legitimari Principis rescripto secundum Bart. in d. l. Gallus, §. nunc, de l. Velleian. n. 5. ff. de liber. & posthumi; cuius opinionem sequuntur omnes secundum Ioan. Orosc. in l. benignus, nu. 4. ff. de legib. & testatur communiter approbatam Couar. ubi supra, nu. 20. & Ant. Gom. etiam ubi supra, nu. 62. in si. ¶ Sed & alia plurima in materia legitimationis, quae in proposito faciunt, possunt videri per Dd. ubi supra. praecipue per Petrum Duenna. & Tiraqu. & Ludou. de Sardis, ubi supra.

S V M M A R I A.

- 1 Patri praeterito a filio emancipato, competit querela inofficiosi testamenti.
- 2 Querela inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium, & non competens, nisi quando aliud deest.
- 3 Primus intellectus huius l. n. 5.
- 4 Verbum in legibus positum, aliquando impropriatur.
- 5 Idem verbum semel positum, proprie & improprie intelligitur.

- 6 Secundus intellectus huius legis.
- 7 Tertius intellectus huius l. ex Barolo.
- 8 Auius, quia nepotibus ex filio non praefertur, quia eos non habebat, debet exheredari, vel institui a filio, quia praeterito hoc casu non habetur pro exheredatione, & si praeteratur, competit ei contra tabulas.
- 9 Reprobato tertij intellectus Bartoli ex Menhaca facta.
- 10 Quartus intellectus huius l. pater filium.
- 11 Reindum subsidiarium & extraordinarium, licet cum ordinario non concurrat, id tamen fallit, quando per extraordinarium plenus consulitur.
- 11 L. 1. §. si ff. si a parente quis fuerit manumissus, intellectus, & nu. 12.
- 12 Querela inoffic. testamenti non competit, nisi quando datur exheredatio, vel praeteritio, qua pro exheredatione habetur.
- 13 Quintus intellectus huius l. Menhaca.
- 14 Reprobatio dicti quinti intellectus, & l. 1. in si ut. 8. part. 6. declaratur.
- 15 Defenditur intellectus communis Barol. & numeris sequentibus.
- 16 Lex filio, §. contra tabulas, ff. de inoffic. testamen. intelligitur.
- 17 Contra tabulas, qua competit filio emancipato praeterito, rumpit testamentum in totum.
- 18 L. 3. §. si emancipatus filius, ff. de bon. posses. contra tab. intellectus.
- 19 Vincens in querela inofficiosi testamenti, non eo ipse efficiatur heres, taliter quod abstinere non possit.
- 20 Patre praeterito a filio agente quarela & vincente, an ipse praefertur in causa intestati liberi exheredati defuncti, vel an eis praefertur dictus pater, & numeris sequentibus.
- 21 Ius querelandi testamentum regulatur a iure succedendi ab intestato.
- 22 Filia dotata, praeterita, vel exheredata in testamento, non poterit illud rumpere stante statuto, ut filia dotata non succedat ab intestato.
- 23 Renuntians hereditati cum iuramento, & sic seipsum excludens non poterit postea, si praeteratur, vel exheredaretur, rumpere testamentum.
- 24 Successorium edictum, an habeat locum in querela inofficiosi testamenti, & n. seqq.
- 25 Successorium edictum quando locum habeat.
- 26 Successorium edictum, quod locum habeat in querela inofficiosi testamenti, verior & magis communis est, & num. seqq.
- 27 Differentia qua est, quando nepos admittitur ad querelam non preparatam ex persona patris, & quando iure proprio per successorium edictum ponitur.
- 28 Differentia 2. inter d. duos casus ponitur.
- 29 L. 3. §. emancipatus filius, ff. de bon. posses. contra tab. intellectus.
- 30 Leg si quis filium, Cod. de inoffic. testamento, intellectus.
- 31 L. scripto, ff. unde lib. intellectus.
- 32 Differentia inter hos casus ponitur, quando pater instituit filium in legitima, & praeterit nepotem, & quando exheredauit filium, & praeterit nepotem.
- 33 Nepos quare vocetur ad querelam per successorium edictum?
- 34 Secunda ratio eiusdem rei.
- 35 Exheredare vel praeterire liberos hodie non licet sine causa insertione.
- 36 Querela: iam hodie datur ei, qui est habitus pro exheredato sine causa insertione in casu peregrino hic positus.
- 37 Inferrio causa in exheredatione, vel praeteritione, quod

- requiratur.
- 38 Nepotem, intendem querelam inofficiosi testamenti, in qua successit successorium edictum, poterit remouere heres scriptus probando causam ingratitudinis contra eum.
- 39 Filio exheredato approbante testamentum, sequens in gradu an possit querelare per successorium edictum.
- 40 Successorium edictum est locus in bonorum possessione contra tabulas.
- 41 Successorium edictum an habeat locum in iure dicendi nullum.
- 42 Successorium edictum est locus in iure agendi ad supplemendum.

Text. in l. Pater filium, ff. de inoffic. testament.

¶ Via lex haec altam & subtilem materiam habet, secundum Paulum de Castro, hic in principio, & summe difficilem iudicio meo, ideo eam in duobus articulis principalibus declarare late intendo. Et primo de intellectu huius l. agam; Quare hic patri praeterito competit querela inofficiosi testamenti, & regulariter quid iuris sit? Secundo, An in querela sit locus successorio edicto. Huic nonnulli alij similes articuli adnectentur, ex quibus & nostrae legis verus intellectus omnibus patebit: & vtilis in quampluribus fiet volente Deo. Litera talis est:

Pater filium emancipauit, & nepotem ex eo retinuit, emancipatus suscepto postea filio, ambobus exhereditatus, patre praeterito, vita decessit. In quaestione de inoffic. testamento, precedente causa filiorum, patris intentio adhuc pendet, quod si contra filios iudicetur, pater ad querelam vocatur, & suam intentionem implere potest.

Causa verus ad hanc literam talis est: Quidam emancipatus a patre suo fecit testamentum, in quo duos filios, quos habebat, alterum ante emancipationem natum, & in aui potestatem constitutum, alterum post emancipationem habitum exheredauit, & patrem a quo emancipatus fuit, praeterit, quaeritur quis habeat querelam contra testamentum, an duo filij exheredati: an pater praeteritus? Inquit text. liberos admitti, & praeferi, quos si contra ipsos fuerit iudicatum, ad querelam vocatur pater, atque ita implebit intentionem suam.

Ex qua + textus contextura primo colligitur, quod patri praeterito a filio emancipato competit querela inofficiosi testamenti. Quae conclusio adeo difficilis est, ut variationes scribentium tot sint, quod veritatem pene in hoc articulo obumbraverint, ut ex infra dicendis apparebit.

Namque contra eum est textus fortissimus in l. 1. §. finali, ff. si a parente quis fuerit manumissus, ubi probatur clare & aperte, bonorum possessionem contra tabulas patri praeterito a filio emancipato competere.

Sed querela + inofficiosi testamenti est remedium subsidiarium, & non competens, nisi quando aliud deest, in §. tam autem, Instit. de inoffic. testamento, & in leg. qui de inoffic. ff. eodem, & in l. maximum viuum, C. de libe. prat. vel exhered. Igitur querela minime locum habere potest in nostro casu, & proposita quaestione. Quid dicendum?

In hac antinomia & controuersia primus intellectus est gloss. in presenti, quae in verbo, ad querelam, in principio, & in vers. sed secundum nos, tenet, quod huiusmodi patri detur contra tabulas, & ita exponatur textus hic, ubi, querelam: id est, contra tabulas, nec mirum videri debet, cum de querela, & sic remedio rescissorio ad contra tabulas, & sic remedium etiam rescissorium fiat transitus & transportatio, quia in